

## DISSERTATIONIS

De

**LIBERTATE PHI-  
LOSOPHANDI,****PARTICULAM POSTERIOREM,***suffragante ampl. facult. Phil. in regia ad Auram academia***PRÆSIDE***VIRO CL.***D<sub>n.</sub> ALGOTHO A.  
SCARIN,**

Hist. &amp; philos. civil. Prof. reg. &amp; ord.

**PRO GRADU***publice examinandam sifit***JONAS G. DAHLGREN**  
*Smolandius,*ad diem III. Octobr. An. MDCCLXIV.  
loco horisqve consuetis.

---

ABOAE.

Excud. JOH. KIEMPE, Reg. Acad. Typogr.

PIECE DE LA  
PIECE DE LA

LE BRÉVIAIRE  
DU SOUPHANIDI

PARISIENNE PARISIENNE

PARISIENNE PARISIENNE

PARISIENNE

PARISIENNE

DE VEGOTHON  
SCARINA

PARISIENNE PARISIENNE

PARISIENNE

PARISIENNE PARISIENNE

VÉGOTHON SCARINA


PARISIENNE

PARISIENNE PARISIENNE

PARISIENNE PARISIENNE

PARISIENNE

PARISIENNE PARISIENNE



## I. N. I.

### Theſis I.

**Q**uemadmodum audit *phileſophia* rerum posſibilium scientia, ducit rationis cognoscibilium, earumque ad perfectionem hominis ſpectantium; ita illius considerationis non aliæ res ſunt, quam quæ intellectui humano in ſe & ſua eſtentia conſiderato conueniunt. hincque ambitu ſuo complectitur entia non materialia ſolum, ſed & immaterialia. eorumque cognitionem ita ut rationem quod reddere poſſit objecti ſui, non ſolum quod verum ſit atque poſſibile, verum etiam quomodo verum illud, quare conditione & intuitu factum ſit poſſibile.

### Theſ. II.

**H**æc igitur libertas non debet eſſe omnivaga & enormis, ſed juſtos intra limites reſtricta. Hoc enim ſi non fiat, ſed extra activitatis tuæ iphæram illa feratur, non eſt quod negemus, quia ſicut a linea infinitis modis aberrari potheſt; ita a veri re-eti que regula diverticula hac illac quoque plurima obveniant, erroris & obscuritatis tam profundæ,

ut in sapientiae & veritatis lucem ægre quis deinceps emergere possit. Videndum igitur est, ne quid in societatem humanam damni inde proveniat: Id quod futurum, si dogmata penes se quis toveat atque promoveat, quæ ad neutrum principiorum, ut puta rationis, an vero revelationis reduci possunt. Igitur ut talus hominum tribus præcipue vertitur cardinibus, nempe vera religione. studio virtutis & conservatione status publici; ita tres præcipue libertati philosophandi constitui possunt termini, ne hoc verae religioni illi virtuti & bonis moribus illi statui publico, quidquam contrarium, secreto aut palam agit.

*Thes. III.*

**L**ibertas philosophandi ad illum modum conformatum nihil in se continet periculi, quatenus rationem illa solius veritatis habet, in cuius investigatione, philosophiae omnis cardo vertitur. Illa vero veritas cum non ex vano, nec inani, verum solidum, eodemque in occulto jacente sit conflata; quin, ad contempnandum in operibus Deum, non naturæ instinctu modo trahamur, sed ad officium illud quoque pertineat; id quod expediri nullo modo potest, nisi clarus & distinctus objecti conceptus determinet veritatem: sequitur, quod ut in investigando non desicere neque diffidere: ita neque metuere oporteat quemque conclusionibus suis, quod in revelatam veritatem impingant, ejusque quocunque modo repugula rumpant aut diffingant, ubi per sebrium

briūm ratiocinii usum, aliæ ab aliis, idqve sensim  
& per gradus deductæ fuerint atq; derivatæ. Neq;  
enim verum rationis contrarium esse potest vero *reve-*  
*lationis*. DEUS enim omnis veri fons, est utriusqve  
auctor. In *creatione* æqve verax atqve in *revelatione*.  
De qvo igitur sine absurdâ pietate statui nullo mo-  
do potest, qvod in *revelatione* ad veritatem & in  
*creatione* ad falsitatem propenderit. Igitur si libe-  
re philosophans hoc modo procedit, ut nullam ad-  
mittat propositionem, nisi ex principiis sufficienter  
probatis deductam, & terminis non utatur, nisi  
accurate definitis & explicatis, prono fluit alveo:  
libertatem philosophandi, nihil in se habere pericu-  
li, & per conseqvens nullum veritati revelatae affer-  
re damnum. Nec virtuti & bonis moribus officit.  
Reipublicæ multo minus contraria afferit aut excul-  
pit, in quantum supponuntur philosophemata ejus  
non spectare ad turbandom inani litigiorum serie  
pacem civium, sed ad ea saltem viam monstrare  
& præmunire, qvæ cum usu & fine civitatum pro-  
xime congruant atqve convenientia.

*Tbes. IV.*

**D**iximus omnem, qvi dogmata theologiae ( ratio-  
nis atqve fidei ) aut societati h. e. bonis mo-  
ribus, divina & humana lege fundatis, contraria  
tradt, eum libertate abuti philosophandi qvam ma-  
xime. Jure igitur abutuntur *judicandi* & *decernendi* isto,  
(a) qvi *Scepticismum* propugnant, non illum, qvi ve-

4  
ræ sapientiae character audit, & ad veritatem in-  
gandam philosophis summi nominis, priscis atque  
recentioribus instrumentum esse solet. Sed univer-  
salēm præcipue intelligimus, eorum pura, qui nus-  
quam in rerum natura *veritatem* reperiri: nullam  
omnium, quæ in hoc universo nobis offeruntur, co-  
gnitionem certam atque evidenter dari volunt,  
adeoque dogmata, quibus salus generis humani con-  
tinetur, aperte vel occulte convellere, nulli religioni  
sibi ducunt. Ejusmodi opinionibus exsculpentis  
quæcunque immorari gaudet libertas philosophica,  
prout naturalium & moralium entium, adeoque  
legum omnis generis *divinarum* essentiam & existen-  
tiā negat, lascivientis ingenii intemperantia potius,  
quam moderata de rebus & actionibus judicandi po-  
testas dicenda est.

*Thes. V.*

**S**ic libertate abutuntur philosophandi, qui aliquid  
contra religionem proferunt *naturalem*, & cum  
Abderite Protagora, sophiste sui eti maximo, de Nu-  
mine, utrum sit an vero non sit? se nihil habere  
dicendum fatentur. quamquam sit tam evidens  
veritas propositionis illius: datur DEUS; sit tam clara  
atque perspicua, ut nil *sensibus* obvium magis esse possit;  
suisse ratione, omni tempore, homines, qui aper-  
te vel oblique hanc eandem infestare non erubue-  
rint, ex iam dictis etiam evidens est. Scilicet eo  
impietatis ac vecordiae alii progressi sunt, ut exi-  
tentiam DEI aperta professione negaverint, saltem  
in

In dubium vocaverint: quidam id factis saltem fecerunt, eorumque etiamnum, proh dolor! larga existit messis. Illi dicuntur athei theoretici, hi vero practici. Sunt etiam alii, qui quidem DEUM dari non negant, sed tamen stolidi de illo philosophantur. Qvorum nonnulli statuunt, plures esse deos, alii geminum principium; idque ab utrinque independens æternum & increatum statuunt: bonum & malum; bonum bono, malum malo originem debere pro vero arripientes. Ad Manichæismum primum, mox polytheismum spectare, & inde in atheismum desinere philosophiae, ejusque libertatis abusum istum, facile quisque videt, qui secum reputaverit non omnino dari posse duo infinita, ab invicem independentia, & proinde omnia, quæ DEUM probant, eundemque unicum esse demonstrant argumenta, Manichæorum sententiam stultitiae impietatisque convincere.

*Ihes. VI.*

**S**ed non minus illi abutuntur philosophandi libertate sua, qui DEO corpus adscribunt, negando omnem spiritus existentiam: illi qui in nostram incurunt materialismi. Quemadmodum, qui negata providentia & animæ humanae libertate, more Stoicorum, fatum quoddam in scriptis suis crepant, imo DEUM ipsum terreo ordini suo subjicere non verentur, fatalismi jure inculari solent. Omnes autem de DEO ejusque creationis opere, in illum modum temere philosophantes, abuti libertate cogi-

cogitandi & ratiocinandi, clarius est, quam ut probatione egeat; eosque eo gravius sibi contraferre judicium, quod quidquid de DEO ejusque creationis opere cognoscibile fuerit, sensibus etiam revelatum sit; DEUS enim id illis revelavit.

*Ihes. VII.*

**H**inc libertate, de qua in praesentia agimus, ab  
euentur maxime illi etiam, qui principia justi  
& honesti impugnant, & vel legum auctoritatem non  
habere dicunt naturae & gentium jura, vel nisi in le-  
gibus civilibus, quid justum, quid injustum, quid fur-  
tum sit, homicidium atque adulterium, nullatenus  
determinari ajunt. Pertinent ad eandem classem illi  
etiam, qui hominem ea parte, qua homo est, de-  
raudare volunt vi & facultate determinandi se i-  
plum ad certum agendi modum; adeoq; a principio  
sive intra sive extra subjectum existente diverso, ad  
agendum cieri atque applicari contendunt. Quo-  
modo leges omnes atque poenæ frustra essent, in-  
que ~~autem~~ rationale, seu potius brutum quod-  
dam homo transformaretur. Nam licet vel con-  
cederemus objectis ipsis per naturam inesse mo-  
ralitatis principium: non tamen negari potest, ad  
cognoscendum & discriminandum objecta, circa  
quæ versari debet moralitas, rationis, id est, in-  
tellectus atque voluntatis ministerio opus esse. Sunt  
autem termini sive objecta, circa quæ occupantur  
actiones, tria admodum: DEUS, homo ipse & alii ho-  
mines

\* *Roms. I. v. 19.*

*miges.* Unde tris moralitatis principia resultare  
minim per se velut in se, scilicet: DEUM colere, temperanter  
se gerere, sive servare se ipsum quia animam &  
corpus, & socialiter vivere, hoc est: tueri societatem  
pacatam, ut loquitur celebr. Hedingerus \* Hæc  
principia sunt & juris naturæ præcepta huc redeunt,  
ut justos nos geramus erga DEUM, nosmetiplos  
& alios. Illis, qui hæcce principia vel impugnant,  
vel plane tollunt, abusus libertatis philosophandi  
imputatur haud immetito. Proferens ergo aliquid  
contra hoc honestum, omnes proscribendo virtu-  
tes; omniaque genera vitiorum, earum loco, in-  
troducingo, tradit ea, quæ malignum prodit anti-  
mum, abusiturque dono divinitus concessio, opti-  
mo & exquisitissimo.

*Thes. VIII.*

**R**ationis & philosophiae regnum illi rursum plus  
ultra dilatare aggrediuntur, qui, quæ prorius  
revelationis sunt, eadem tantum non omnia ratione  
pervestigare, & quæ ad theologiam fidei pertinent,  
utpote mysteria, quæ perispicere nulla potest acies  
humana, ex scriptis gentilium probatum ire vo-  
lunt. Confundunt illi turpiter, quæ in se distinctissima  
sunt, & propterea quod latenter imperium  
rationis in revelationem stabilire velle videntur, non  
minus illi redarguendi, quam qui in diversam  
partem flectunt, & ex revelatione derivando, quæ

ad

\* Confr. *Conspect. ejus juris prud. Univers. & J. Francis.*  
*Buddeus in elem. Phil. Præt. sect. I. Cap. IV.*

ad forum rationis spectant, philosophiam, nisi in fa-  
milium theologie cooptatam, noxiā magis rebus  
humanis, quam frugi & fructuolam scientiam es-  
se, venditāt.

## Thes. IX.

**D**Enique in regno philosophico evagandi &  
exerrandi licentiam sibi nimiam tribuunt, qui  
dogmata rationi & sanæ Politiae prouidunt ad-  
versaria. Qvod faciunt *Fanatics*, non solum, qui in re-  
bus divinis, quo magis absconum quid fuerit et que  
incredibile, tanto plus in credendo honoris DEO ex-  
hiberi volunt: \* sed præsertim illi, qui, omnem ne-  
gando potestatem civilem, ejusmodi suggerunt  
dogmata, quæ fini politices, veræ nempe civium  
felicitati ac conservationi contrariantur. Qvocun-  
que modo moveatur sacra anchora isthæc, uni-  
verzæ reipublicæ navis fluctuare incipiet. Huic  
fini igitur, qui vel *Machiavellismum* & *Hobbesianismum*  
( par nobile fratrum ) vel *monarchomachismum*  
& quem abortiens fœtum ille genuit inde-  
pendentismum sinu fovent, contraria adversaque  
docent, maxime vero illi, qui geminam in repu-  
blica, earnque collateralem potestatem, ubi invaluit,  
vindicare; & ubi non obtinet, cuniculis nullis non il-  
latum eunt, cuius generis illi sunt, qui religio-  
nis quam colunt, proterendæ caussa, omnes qui  
deflectunt a religione eorum, præcipue vero prin-  
cipes persequendos esse & occidendos, omni si-  
ne

\* VERULAM: de aug. scien. IX.

9

ne rubore atqve religione docent. Conspirat una-  
nimitate hæreseos politicæ trifolium hocce, ut homi-  
nes vera privent felicitate, scil: civili; dum illi im-  
perantum, hi vero obedientium jura plus justo ex-  
tollunt: hi ex subditis regicidas efficiunt: illi vero  
subditos mancipia faciunt regum suorum. Incom-  
moda ac damna hinc profluentia non opus est, ut  
multis explicem, cum omnibus primo pateant obtu-  
tu. Nec est ut demonstrem, qvod illi, qvi ejusmodi  
tradunt dogmata, ordinis atqve status sui modum  
egrediantur, & libertatem philosophandi suam cum  
quidqvad libet, pro licito judicant, non nisi peccandi  
licentia metiantur.

Tbes. X.

**H**ic vero abusus libertatis philosophandi, prout inno-  
xiis & præter meritum multis solet imputari: ita  
neque omnibus habenda fides, qvi dentatis scriptis e-  
andem impugnare & invidiosis nominibus distingere stu-  
dent. Id qvod triplici potissimum modo fieri solet:  
(a) ubi auctoribus notiones, sive simplices sive com-  
plexas, qvæ falsum & ertoneū fundunt sensum falso impu-  
tam us (b) Ubi ex iis, qvæ ab auctoribus dicta sunt, fal-  
sa singuntur, & inconvenientes fabricantur consequentiae.  
De consequentiis justis & legitimis, qvæ ad veritatem  
inveniendam & ad alios refutandos conducunt, nobis  
heic non est sermo, sed in illas stilum maxime stringi-  
mus, qvæ falsæ sunt, qvibus qvis præpostere rem ag-  
reditur, & plenumqve nihil aliud efficit, qvam ut,  
cum alios de gradu dimovere tentat, nusquam inveniat,  
ubi pedem ipse suum secure figat. **Falsa** vero consequen-  
tia nobis dicitur, qvæ a falsa verborum interpretatione  
sensuumqve in sinistiora detorsione elicitor, nec situr  
qve. Haec consequentia earumqve machinatores, alium  
B qvam

quam veritatem, intendunt finem, ut scilicet alios exosos suscipiantur reddant. Quicunque vero non alio, quam hoc ipso fine, videlicet ut impugnent innocentiam aliorum, illud generis telum exasperare solent, illi omnibus, quibus verum & sincerum de rebus judicium, suam magis stultitiam deridendam propinant, quam aliorum iudicandi libertatem evertunt. Pro noxiis vero, quae nihil minus essent quam noxia, sacerdotiis, idque procacissime dilata fuisse, in ceteris, controversia, quae seculo proximo Pufendorfo Cl. viro suere cum theologis scholasticis, plus satis evincunt.

Thef. XI.

**O**portet itaque eum, qui de aliorum abusu libertatis philosophandi judicare velit (*a*) perspicacem esse ingenio. (*b*) Debet judicaturus de abusu libertatis hujusc generis, probe notam sibi habere scientiam, in qua haec vel illa doctrina sedem habet propriam. (*c*) Societatis humanæ & civilis constitutionem ac indolem perspectam habere convenit, ut quid ex usu illius sit, quid palam in noxam atque fraudem adducat, dijudicare valeat. (*d*) Necesse est, ut ab adfectibus sit immunis. Adfectus enim non solum intellectui offundunt eenebras, sed & judicium corrumpt, rationē a throno detrudentes. Invertunt ordinem in ratiocinando, ut ideas conjungat, quae non conjugandæ sunt; separat, quae non separandæ sunt. Oportet judicaturum de abuso libertatis, liberum esse etiam a præjudicie, intellectum enim nostrum, non illa minus obnubilant. Haec sunt paucula ista de libertate philosophandi, quae non nisi levi & rudio-re terigi penicillo. Angustiae, quae nascentem memet circumstetere, & in paria fata res meas hodie quoque vocant, progressum sufflaminant, & clausulam expellere invitum quoque imponere jubent.

DEO Soli Gloria, Laus & Honor in S. S.